

debet vniuersiusq; versari cogitatio .
 debet em̄ quisq; recordari q̄ negligē
 ter cor suū q̄ negligenter tempus suū
 expenderit. q̄ malū finē operi suo im
 posuerit. **Hec** ei tria cū summa diligē
 tia sunt obseruanda. vt. s. cor bene cu
 stodiat. tps vtiliter expendat. et finis
 bonus et debitus in omni tpe p̄figat
Irem debet recogitare q̄ negligens
 fuit in orōne. q̄ negligēs in lectione.
 q̄ negligens in operis executione. in
 his em̄ tribz d̄vnu quisq; seipm̄ dili
 gentissime exercere et excolere. si vult
 fructum bonū facere et dare in suo tpe
Ire debet recogitare. q̄ negligens sit
 vel fuerit ad penitendū q̄ negligēs ad
 resistendū. et q̄ negligēs ad p̄ficiendū
 debet em̄ cū summa diligentia deslere
 mala p̄missa. repellere temptamēta di
 abolica. et p̄ficere de vna v̄tute in aliā
 vt possit puenire ad p̄mia eterna. **Se**
 cundo d̄z homo recogitare si in ip̄o vi
 geat vel vigerit p̄cupiscentia volupta
 rum curiositatū et vanitatum **Certe** tua
 p̄cupiscentia voluptatis viget in reli
 gioso hōie. q̄ appetit dulcia viz ciba
 ria saporosa. q̄ appetit mollia. s. vesti
 menta delicioza. q̄ appetit carnalia vi
 delicet oblectamēta luxuriosa. **Certe**
 tūc viget p̄cupiscentia curiositatis in
 dei famulo. q̄ appetit videre pulcra.
 q̄ appetit habere cara **Certe** tūc viget
 p̄cupiscentia vanitatis. q̄ appetit ho
 minū fauorem quando querit huma
 nam laudem quando desiderat hono
 rem humanum. **Ista** oīa debet seruus
 xpi tanq̄ venenū fugere. qz sunt iudi
 ces oīs mali **Tercio** recogitare debet
 homo diligenter qui cupit noticiā ha
 bere sup̄ius si in ip̄o vigeat vel vigu
 erit nequitia iracundie. nequitia inui
 die et nequitia accidie. **Certe** tūc in re
 ligioso homine viget iracūdia. quan
 do anima in corde vel affectu signo vel

verbo vel clamore quātumcūq; modū
 cam indignatōem et ex corde rancores
 primo suo ostendit. tūc aut̄ in hōie re
 gnat inuidia. q̄ gaudet de p̄mi ad
 ueritate. et tristat de eiusdē p̄sp̄erita
 te q̄ letat de malis p̄mi et tabescit
 de bonis ip̄ius. **Tūc** etiam accidia vi
 get i religioso q̄ fuerit tepidus. som
 nolentus. ociosus. tardus. negligēs
 remissus. dissolutus. indeuotus. tri
 stis et tediosus. **Hec** oīa seruus xpi de
 bet detestari et fugere. qz in his vitis et
 alijs supra memoratis p̄sistit perditio
 corporis. in quantum aut̄ magis quis
 q̄ in illis que p̄missa sunt suam p̄scias
 discusserit tanto p̄fectior in sup̄ius
 cognitione et noticia erit.

Filius

Post discussionem p̄scie et cogni
 tionē sup̄ius quā p̄sequit hō
 mo ex diligenti sui d̄iudicatione desi
 derio nūc informari que virtus sit que
 comitat hanc virtutem.

Ca. .V. **Pater** **A**

Debes scire qd̄
 humilitas est. que hanc virtutem
 sequit videlicet cognitionem sui
 ip̄ius. quia quāto magis homo semet
 ip̄m discusserit et p̄rias defectus ante
 cordis oculos reduxerit. ac cognoue
 rit tanto hūilior erit. **Nā** certa noticia
 suoz defectuū hōiem sibi p̄ vile reddit
Uñ primo sciendū qd̄ sit hūilitas **Est**
 aut̄ hūilitas p̄m bern̄. **Virtus** qua ho
 mo dissimila sui p̄gnitiōe sibi p̄ vile
 cit **Et** beatus ang. **Humilitas** est ex in
 tuitu p̄prie p̄ditionis. et sui p̄ditiois
 volūtarie m̄ris inclinatio **Ite** bern̄.
Humilitas est p̄emptus p̄prie excel
 lentie. **Notādum** aut̄ est qd̄ humilitas
 est fundamentum omnium virtutum et
 bonorum operum. omnis namq; scru
 ctura bonorum operum ac virtutum si

ne hoc fundamento subsistere non potest. Unde qui vult edificium arum bonorum operum construere. debet prius fundamentum vere humilitatis ponere. Unde crisostomus. Nemo construere celsitudinem bonorum operum virtutis nisi prius iaceantur fundamenta vere humilitatis. Dicit etiam de hoc cassianus. Nullo modo poterit in anima nostra virtutum structura surgere nisi prius iacta fuerint vere humilitatis fundamenta. sine qua etiam humilitate nec purgatio peccatorum. nec emendatio morum. nec summatio virtutum poterit apprehendi. Beatus etiam augustinus. sic dicit. Magnus vis esse incipere a minimo. cogitas fabricam erigere celsitudinis. de fundamento cogitas humilitatis. hoc augustinus. In hoc ergo fundamento humilitatis erigamus edificium spirituale ut crescat in templum sanctum domino. Unde secundum dictum beati bernardi. bonus fundus est humilitas in quo omne edificium spirituale constructum crescit in templum sanctum domino. hoc beatus. Humilitas etiam est caput omnium virtutum et obstat principatum que ceteras virtutes in suo vigore preseruat. et sustinet totum edificium fovens corpus bonorum operum. Testatur hoc beatus augustinus. qui dicit. Humilitas est caput omnium virtutum. et obstat principatum et principatum ceterarum tanquam ipsarum preseruatricem. in eo quod ipsa est perseverantie propria coadiutrix. De hoc etiam dicit ambrosius. Humilitas virtutum omnium caput est. que fovet et sustinet bonorum operum totum corpus. hoc ille. Nec igitur virtus multum diligenda est quod valde gratos facit homines esse deo ipsa humilitas. teste beato augustinus. qui dicit. Nihil nos ita gratos deo efficit sicut humilitas. ipsa namque trahit ad se clementiam dei. nam corda humilium ipse deus libenter inhabitat. Unde dicit beatus bernardus. Felix humilitas que di-

ad se trahit clementiam. et eius ligat omnipotentiam. magna ergo virtus humilitas. cui dei maiestas tam facile se inclinat. Et beatus augustinus. Excelsus est domine et humiles corde sunt domus tua. Qui igitur vult esse templum dei et habitaculum spiritus sancti cum omni studio et diligentia exerceat se in virtute humilitatis. Ipsa namque est que preparat locum divine caritati et gratie spiritus sancti. propter quod dicit beatus augustinus. Quanto sumus a tumore superbie minores. tanto sumus dilectione pleniores. quod sicut aqua prefluit ad vales. sic gratia spiritus sancti prefluit ad humiles. Unde cassiodorus. In vallibus quippe humilium animarum fontes manant et transeunt celestium gratiarum quivero humilis non fuerit gratia spiritus sancti in ipso habitare non poterit. De quo beatus augustinus. Si humilis et quietus non fueris nec poteris in te habitare. nec habere gratiam spiritus sancti. Fode ergo in te fundamenta humilitatis et peruenies ad fastigium caritatis. hoc augustinus. Quia dum mens humana humilitati innititur profecto ipsa in amore celestium inflammas. Nam secundum cassianum. Amor celestium non altitudinem sublimium. sed humilitati infunditur animarum. ipsa namque humilitas prout dicit Richardus de sancto victore. sola est que mentem divino accendit lumine. celestique inflammas de desiderio et amore. hoc richardus. Non solum autem humiles obtinent a deo gratiam in presenti. verum etiam gloriam magnam consequuntur a domino in futuro. ad quam gloriam siue patriam celestem non potest aliquis pervenire. nisi prius viam humilitatis studat ambulare. De hoc dicit beatus augustinus. Excelsa est patria. humilis autem est via. ergo qui querit patriam quid recusat viam. Am

bula igitur per Christi humilitatem ut venias ad eius eternitatem. vis capere celsitudinem dei. prius cape humilitatem. **A**ltus est dominus. si te erigis non tanges illum si te humiliter descenderis ad te. **H**ec augustinus. **P**ropter quod ut per humilitatem ascendas ad celi sublimitatem. et qui desiderat habere primatum celestem. necesse est ut se qualem humilitatem terrestrem. **U**nde beatus bernardus. **P**er humilitatem ascende ad sublimitatem. quia hec est via et non est alia preter ipsam. qui aliter vadit cadit porius. quam ascendit. et crisostomus. **Q**uicumque desiderat primatum celestem sequatur humilitatem terrestrem. **D**icit etiam de hoc ysidorus. **H**omo descendas humilitate ut exalteris ne exaltatus humiliaris humilitas autem casum nescit. lapsus non novit. humilitas nunquam lapsus passa est. **H**ec ysidorus. **B** Et notandum quod triplex est humilitas. scilicet magna maior maxima. **M**agna est humilitas. quando se homo apud semetipsum veraciter preternit. **M**aior vero quando se preternit ab alijs non respicit. **M**axima autem quando homo preternit primum suum non preternit. sed ad modum concupiscit. **H**oc tres modos tangit Richardus de sancto victore sic dicens. **H**umilis namque est. qui semetipsum apud semetipsum veraciter preternit. **H**umilio autem qui se preternit et ab alijs non refugit. **H**umilimus vero qui preternit suum non solum non preternit sed ad modum concupiscit. **H**ec ille. **D**e quo dicit etiam beatus bernardus. **V**erus humilis vilis vult reputari non humilis predicari. gaudet de preternit sui. **S**ed sunt nonnulli. qui quidem peccatores se esse fatentur. peccatores ab alijs estimari nolunt. **Q**uod redarguit beatus bernardus adducens in exemplum dominum nostrum sic dicens. **Q**ui peccatum non fecit. non indignatus est peccatorum se reputari. **E**t nos esse volumus sed nolumus reputari. **H**ec beatus bernardus. **S**ed

qui veraciter sunt humiles. de sua respectione gaudent et cum se viles in alienis oculis respiciunt. de hoc intra semet ipsos gratulantur. **D**e talibus dicit beatus gregorius. **Q**ualis quisque apud se lateat. contumelie illate probant. **T**am sicut superbi honoribus sic plerumque humiles sua respectione gratulantur. cumque se in alienis oculis viles respiciunt idcirco gaudent. quia hoc iudicium confiteri intelligunt quod de se et ipsi habuerunt. **H**ec gregorius. **U**nde sancti viri magna quidem agunt. sed per humilitatem in corde suo infirmi sunt. quod multum acceptum est deo. **T**este beato iheronimo qui dicit. **N**ihil est quod nos deo et hominibus ita gratos faciat quam si vi te merito magni et humilitate infirmus. **H**ec iheronimus. **E** Sed hec virtus valde rara est. ut magna quidem operantem se tamen non magnum effundat. mirabilem in virtutibus coram alijs apparere. et tamen preternibilem se reputare. **U**nde beatus bernardus. **M**agna et rara virtus ut magna licet operantem magnum te nescias. et manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. mirabilem te apparere et contempnibilem te reputare. **H**ec beatus bernardus. **P**erfecti etiam viri et veraciter humiles semper student in virtutibus proficere. et hanc humilitatem sibi servant ut semper et in bono proficiant et tamen nec perfectionis imitia se habere credant. de hoc richardus de sancto victore cum admiratione quadam sic ait. **Q**uod virum perfectum summaque humilitate fundatum. qui semper potest et festinando proficere. et proficiente festinare. et hanc sibi humilitatem semper servare. ut semper in bono proficiat. et tamen nec perfectionis imitia se habere credat. **H**ec richardus. **D** Et notandum quod nemo dicitur fiduciam habere de aliquo bono opere

re. sed solum confidere de humilitatis virtute. Unde dicit iohannes abbas monachis inay. Noli fiducia habere in teipso etiam si possides mundicia. sed magis ad humilitatem multam accede et amplius fiducialiter ages. Nempe si omnem scalam virtutum scandens ascendisti per remissionem peccatorum exora. De eodem etiam dicit beatus bernardus. Insuper et infans est quicumque in alijs vite meritis quam in sola humilitate confidit. Unde mater domini nostri ihesu christi hanc solam virtutem in se domino placuisse commemorat sic dicens. Resperit humilitatem ancille sue etc. Quanto namque quantoque anima propter amorem sui creatoris est despectior in oculis suis tanto est preciosior et acceptior coram oculis summe maiestatis. et e converso quanto preciosior est sibi. tanto vilior deo. Unde beatus gregorius. Tanto namque quantoque anima sit preciosior ante oculos dei. quanto pro amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. tanto ergo fit quisque vilior deo. quanto preciosior sibi. tanto preciosior deo. quanto vilior sibi. propter eum. quod humilia respicit. et alta a longe cognoscit. Et sciendum pro dicit richardus de sancto viatore. quod est differentia inter humilitatem et humiliatorem. Humilitas est virtus qua quisque sibi vilescit interius coram oculis dei. Humiliatio vero est virtutis effectus quo quisque seipsum abicit exterius in oculis proximi. Aliud est humile esse. aliud est humiliter se habere. illud pertinet ad disciplinam mentis. istud ad disciplinam corporis. illud est humilitatis. istud est humiliatorem. hanc igitur virtutem vere humilitatis nobis assumere debemus quod ipsa est origo ceterarum virtutum. et illa virtus in nobis veraciter pullulat quam in radice propria. id est in humilitate perditur.

erat. Sed sunt nonnulli qui etiam in honoribus positi de se humilia sentiunt. et se cinere esse perpendunt. sed tamen coram hominibus esse viles apparere refugiunt. Et sunt nonnulli qui quidem viles videri ab hominibus appetunt. sed apud se intrinsecus quasi ex ipso merito offensa humilitatis intumescunt. que ultra quam elationis genera a quolibet devoto homine sunt repellenda. De hoc beatus gregorius. xviiij. moral. exponens illud. Non audebunt eum pretemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes. sic dicit. Non tantum quod non audebunt eum pretemplari sapientes sed qui sibi videntur esse sapientes. Quibus videlicet verbis non peritos quidem sed arrogantes insinuat. Viri namque arrogantes et docti cum recte non vivunt sed tamen recte dicere doctrine impulsione pelluntur ipsi damnationis sue aliquo modo precones sunt. quod dum ea que agere respiciunt predicantes insinuant. suis verbis dannantes dannant. Unde summa cura est providendum ne accepta sapientia cum ignorantie tenebras illuminat lumen humilitatis tollat. et ipsa sapientia esse nequeat. quam si virtute locutionis fulgeat. elationis tamen velamine cor eloquentis obscurat. Quia vero origo omnium virtutum humilitas est illa in nobis virtus veraciter pullulat que in radice propria. id est in humilitate perdurat. Aqua enim si abscidit arcescit quod vivificantem se in intimis humoribus caritatis perdit. Intueri liber quanta virtutum munera david perceperat atque in his omnibus quam fortis humilitati fervebat. quem enim non extolleret ora leonum frangere. despectis prioribus fratribus eligi. reprobo rege ad regni tabernacula vngi. vno lapide golyam sternere. et cetera que gessit. et tamen cum archam dei iherusalem reuocat. quam si oblitum se prelatum omnibus admixtus

populis ante archam saltabat. Et quia
 coram archa saltare ut creditur vulgi-
 mos fuerat. rex se in diuino obsequio
 psaltando rotat. Ecce quē dñs cūctis
 singulariter p̄tulit sese subdendo et ab-
 iecta exhibendo p̄temnit. non p̄as res
 gni ad memoriam reducit. non subdi-
 roz oculis saltando vilescere metuit.
 non se honore p̄latū ceteris an̄ eius ar-
 cham qui honorem dederat recognos-
 cat coram deo egit debilia et extrema.
 ut illa ex humilitate solidaret. que cor-
 rā hoībz gesserat fortia. Quid de eius
 factis ab alijs sentiat ignoro. Ego da-
 uid saltantem plus stupeo. q̄ pugnan-
 tem. pugnando quippe hostes subdit.
 saltando autē corā dño seipm̄ uicit. quē
 michol Saul filia adhuc ex timore re-
 gij generis insana cū humiliatū despi-
 ceret dicēs. Quā gloriosus fuit hodie
 rex israel discoopiens se ante acillas
 seruoꝝ suoꝝ et. prius audiuit uiuit
 dñs. q̄ ludam an̄ dñm. et uilior fiam
 plusq̄ factus sum. eroq̄ humilis in o-
 culis meis ac si apte dicat. Uilescere
 coram hoībz appeto. q̄ seruare mihi
 coram deo ingenuitatem p̄ humilitate
 tem quero. Sunt ho nonnulli. qui de
 semetipsis humilia sentiunt q̄ in ho-
 noꝝibz positi nihil se esse nisi cinerem
 fauillamq̄ p̄pendūt. sed tñ corā hoībz
 viles apparere refugiūt. Et sunt nōnul-
 li q̄ viles uideri ab hoībz appetūt atq̄
 omne qd̄ sunt deiectos exhibendo sed
 p̄temnunt. se tamē apud se intorsus.
 quasi ex ip̄o merito hūilitatis et uilira-
 tis intumescunt et tanto magis in cor-
 de elati sunt. quanto amplius in specie
 humilitatis vel uilitatis elationē p̄-
 munt que p̄traq̄ elationis vnius bella
 circūsp̄ctione magna dauid deplēns
 dit miravirtute sup̄pauit. q̄ em̄ de seip-
 so intus humilia sentiens honore exte-
 rius non querat insinuat dicens. **Au**

dam et uilior fiam plus q̄ factus sum
 Et q̄ p̄ hoc q̄ uilem se exterius p̄bit.
 nequa q̄ exterius intumescat adiūgit.
 Eroq̄ humilis in oculis meis ac si ui-
 cat. Qualē me exterius despiciens et
 bibeo. talē me interius artēdo. bene et
 go d̄. Non audebūt p̄teplari omnes
 qui sibi uident eē sapientes. Contem-
 plari em̄ dei sapientiā nō possunt. qui
 sibi sapientes uident. q̄ rāto ab eius
 luce longius sunt. quanto apud semet
 ipsos humiles non sunt. q̄ dū eozum
 mentibz tumor elationis crescit. acie
 p̄templationis claudit. et unde lucere
 se p̄ ceteris estimant. inde se lumine
 ueritatis p̄iuāt. **S**i ho ueraciter sapi-
 entes esse atq̄ sapientiam p̄templari
 appetimus. stultos nos humiliter re-
 cognoscamus. relinquamus noxiam
 sapientiam. discamus laudabilem facti-
 tatem. **H**inc quippe scriptū est. **F**ru-
 ra mūdi elegit deus ut p̄fundat sapien-
 tes. **H**inc rursum d̄. **S**i quis uidet
 inter uos sapiens esse. in hoc seculo. stul-
 tus fiat ut sit sapiens. **H**ec greg. **E**
 Et notandū q̄ uirtus humilitatis ual-
 de necessaria est p̄latis. qui p̄sunt sub-
 ditis et cū aliquis temprať uicio elati-
 omis. p̄ humilitatez cordis debet rep̄i-
 mere factum tumoris. **U**nde sancti vi-
 ri cū p̄sunt ceteris p̄ hoc non gaudent
 hoībz p̄esse sed p̄desse et euz timere a
 subditis appetunt. ideo hoc faciūt. q̄
 ip̄os subditos deū minime timere de-
 p̄hendunt ut saltem humana formi-
 dine peccare metuant. qui deū offente
 re non formidant. **E**uz uero deest a sub-
 ditis uirtus. quod corrigat. non solū
 ab eis metui s̄ honozari plusq̄ necess-
 se est refugiunt. et q̄uis hos hoībz p̄-
 latis gloria potestatis ostendat. inter-
 us tñ per merorem secretū sacrificium
 domino p̄riti cordis offerūt. **D**e tali-
 bus p̄estatis beatus gregorius. **xj**

moza. sic dicit. **P**otentibus viris magna est virtus humilitas considerata equalitate conditionis. omnes namque homines natura equales sumus. sed accessit dispensatorio ordine ut quibusdam prelati videamur. Si igitur hoc a mente deprimimus quod temporaliter accessit inuenimus citius quod naturaliter sumus. **P**lerumque enim se animo accepta potestas obsequit. eumque tumidis cogitationibus fallit. manu igitur humiliter considerationis deprimendus est tumor elationis. nam omnes homines natura equaliter genuit. sed varietate meritorum ordine alios dispensatio occulta possit ponit. Ipsa autem diuersitas que accessit ex vitio recte est diuini iudicis ordinata ut quod omnis homo iter vite non graditur. alter ab altero regatur. **S**ancti autem viri cum presunt non in se potestatem ordinis sed equalitatem conditionis attendunt. nec preesse gaudent hominibus sed preesse. homo quippe animalibus irrationabilibus. non autem ceteris hominibus prelatus est. **U**nde dicitur. **T**error vestre tremore sit super cuncta animalia terre. et idcirco ab animalibus. non autem ab hominibus timeatur. quod contra naturam superbitate est ab equalibus velle timeri. quibus plerumque a subditis etiam sancti viri timeri appetunt. sed quoniam ab eisdem subditis deprehendunt minime timeant. ut humana saltem formidine peccare metuant qui diuina iudicia non formidant. **N**equaquam ergo prepositi ex hoc quanto timore superbiunt in quo non suam gloriam sed subditorum iustitiam querunt. in eo quod metus sibi a pueris viventibus erigunt. quasi non hominibus sed brutis animalibus dominantur. quod videlicet ex qua prelestiales sunt. ex ea etiam debet formidini iacere prostrati. **C**um vero deest vitium quod corrigatur. non de excellentia potestatis. sed de equalitate conditionis

gaudent et non solum ab eis metui sed etiam plus quam necesse est honorari refulgiunt. **I**tem per eundem et de eodem xx. moza. sic dicitur. **V**iro enim ordine vobis eodemque tempore venire in actibus bonorum solet et foris honor culminis. et intus afflicte merore humilitatis. qui et si hos prelatos hominibus gloria potestatis ostendat. interius tamen merore suo secretum sacrificium domino patri cordis offerunt. **S**ciunt electi quicquid consideratione intima contra exterioris excellentie temperamenta pugnare. qui si ad exteriorem felicitatem suam conuerterent. iusti profecto non essent. **S**ed quod cor humanum non potest de ipsis prosperitatibus rebus quantulacumque gloria in nullo temperari contra ipsam prosperitatem suam. sancti viri intrinsicus dimittunt. non dico ne in elatione sed saltem in eius amore succubant. cuius valde succubuisse est captiuam mentem eius de se detrahere subdidisse. **I**tem gregorius. **S**ciendum etiam quod multum valet ad humilitatem se. peccatorum preteritorum recollectione. et qui etiam fragilitatem suam sollicite respicit. de donis a deo perceptis se non extollit. **S**ed sunt nonnulli qui quidem nihil virtutis agere studerunt attamen cum alios peccare conspiciunt iustos se in eorum comparatione suspicant. **E**t sunt nonnulli qui quibusdam vitijs superbia videlicet vel auaricia deprimunt. sed cum alios in luxuria vel ira conspiciunt incidisse. se meliores illis deputant. atque apud semetipsos quasi se de iniusticia extollunt quia negligunt pensare suauitiam quibus grauiter tenentur. **A**t contra illi qui ad altam virtutem ascendere veraciter appetunt. mox cum alienas culpas audiunt. mox cor ad proprias virtutes reducunt. et postposito iudicio de alienis culpis suas veraciter plangunt. **I**sta commemorat beatus gregorius.

gorius. iij. moral. exponens illud vbu
 Sedens in sterquilinio sic dicit. In ster
 quilinio quippe sedere est vilia de se que
 piaz et abiecta sentire. In sterquilinio
 nobis sedere est ad ea que illicite gessi
 mus mentis oculos penitendo reduce
 re at cum ante nos peccatorum stercoza cer
 nimus. omne quod in anima de elatione sur
 git inclinemus. In sterquilinio sedet.
 qui infirmitatem suam sollicitus respi
 cit. et sese de bonis. que precepit non ex
 tollit. An non apud se in sterquilinio a
 braba sederat. qui dicebat. loquar ad
 dominum meum cum sim pulvis et cinis. aper
 te enim cernimus. in quo se apud se loco
 posuerat. qui pulverem et cinerem se etiam
 quam cum deo loqueretur estimabat. Si igitur
 se ira despiciat. qui usque ad honores
 diuine locutionis ascendit. sollicita in
 tentione pensandum est. qua pena illi fe
 riendi sunt. qui et ad summa nondum per
 ficiunt et tamen de minimis extollunt. nam
 sunt nonnulli. qui cum prava agunt de se
 magna sentiunt. in altum mentem sub
 leuant. et preire se ceteris diciturum me
 rito putant. hi nimis apud se intro
 sus humilitatis sterquilinum deserunt.
 et elationis fastigia ascendunt. illum imi
 tantes. qui primus se apud se extulit.
 sed eleuando prostravit qui dixit in celum
 ascendam. super astra celi exaltabo etc.
 Etiam sciendum quod sunt nonnulli. qui
 nihil quidem virtutis agere student.
 sed tamen cum alios peccare conspiciunt iustos
 se in eorum comparatione suspicant. Neque enim
 corda omnium vnaxel similis culpa trans
 figit. Hunc namque superbia illaqueat.
 illum forsitan ira supplantat. Hunc aua
 ricia excruciat. illum luxuria inflamat.
 Et plerumque contingit ut is quem superbia
 deprimat. alium respiciat. qualiter ira
 succendat. Et quod se ira non citius insti
 gat. meliorem se iracundo iam depu
 tar. atque semetipsum quasi de iusticia ex

tollit. qui pensare negligit virtutem. quo
 grauius tenetur. plerumque contingit. ut is
 quem auaricia fauciat. alium luxurie vo
 raginemersum cernat. et quod se a pollu
 tione carnali alienum respicit. quibus
 ipse sordibus spiritualis veneni intrinse
 cus polluat non attendit. dumque in alio
 pensat malum quod ipse non habet. in se negli
 git considerare quod habet. sicque fit ut dum ad
 aliena iudicanda mens ducitur. proprium
 iudicium lumine priuetur. et eo durius con
 tra aliena supbiat. quo sua negligentius
 ignorat. At contra. hi qui ad alta virtu
 tum surgere veraciter appetunt cum alie
 nas culpas audiunt. mox cor ad proprias
 reducunt et tanto recrius illas iudicant
 quanto verius istas deplorant. Quia igitur
 electus quisque infirmitatis sue con
 sideratione se deprimat dicat recte quod
 vir sanctus in sterquilinio volens se
 det. qui enim vere se humiliat continue pro
 derationis oculo quibus circumseptus
 sit delictorum sordibus proficiens pensat.
 hec grego. **H** Est etiam aliud quod va
 let pro vitium elationis videlicet. ut bo
 na que agimus sciendo nesciamus.
 quatenus ad custodiam humilitatis hec
 et recte estimemus. et in ipsis nihil etiam
 nobis virtutis tribuamus. Sed bona
 que facimus de misericordia nostri con
 ditore esse agnoscamus. De hoc beatus
 grego. in libro moral. sic dicit. Plerum
 que enim si scimus bona. que agimus. ad
 elationem ducimur. Nam si nescimus
 minime suamus. que enim audita virtutis
 conscia non quantumcumque supbiat. aut
 que cursum bonum in se custodiat quod igitur
 nozat. Sed contra utraque quid superest. nisi
 ut recta que agimus sciendo nesciamus
 ut hec et recte estimemus et minima. que
 nus ad custodiam sui si sentiat animus
 sciam rectitudinis. ut in tumore non
 eleuet humilitas estimatois. Et quibus de
 se humilia sentiat animus iustorum. ea que tamen

agunt quod quod sint recta respiciunt. sed de eorum rectitudine non presumunt. **N**le etiam vera deo exhibet orationem. qui semetipsum quod pulvis sit humiliter videtur. qui nil sibi virtutis attribuit. qui bona que agit de misericordia peccatoris cognoscit. Est namque magnus turbati solacium ut pulsatis virtutibus cum se quasi nudari virtutibus respicit. ad solam misericordie spem recurrat. et eo nudari non sinat. quo se a virtutibus humiliter nudum putat. Qui et si fortasse aliqua virtute in temptacione detegit infirmitatem tamen propriam agnoscens ipse melius humilitate vestitus et valde robustius qui steterat cum sibi sine adiutorio diuino cessat tribuere quod habet. **hxc grego.** **N**otandum etiam quod ad humilitatem veram consequendam maxime valet exemplum nostri reprobatoris qui se humiliavit pro nobis carnem assumendo et in eadem multa operibus et passiones sustinendo. ut nos doceret suo exemplo qui pulvis sumus non alta sapere sed timere et humiles esse. **De hoc dicit beatus bernardus.** Homo in vere humilitatis et mansuetudinis speculum dominum nostrum ihesum christum vniuerse creature factorem. tremebundum in diebus viuorum et mortuorum. ante pedes etiam hominis traditoris sui genua incuruatum. discere quod mitis est et humilis corde et confundere in superbia tua. erubescere in impatientia tua. **Quid enim magis mirandum. quid amplius detestandum. quid grauius puniendum.** quod quod videns filium dei summum in regno celorum nouissimum factum in regno hominum. apponat tamen ad huc magnificare se homo super terram. **Dicit etiam beatus augustinus.** Ecce habemus humilitatis exemplum. superbie medicamentum. quid igitur intumescis o homo. pellicis morticina quid extenderis. **o** famis ferida quid inflaris. princeps tuus est humilis et tu superbis. caput bu-

mile et membrum superbum. **hxc augustinus.** **U**idemus igitur quod magna sit virtus humilitatis. propter quam edocenda tanta sustinuit dei filius. **De qua sic dicit beatus bernardus.** Quanta virtus humilitatis propter quam edocenda is qui sine estimatione magnus est usque ad passionem factus est paruus. **hxc bernardus.** **S**i vero non possumus sequi exemplum nostri redemptoris eo quod ipse sit deus et homo et dominus virtutum. sed quamur saltim vestigia seruatorum suorum hoc est precedentium partem qui fuerunt homines sicut et nos. et tamen existerunt in sanctissima vite perfecti. et in virtute humilitatis preclari. quod qui aliorum bona veraciter pensat. sua opera magno humilitatis radio illustrat. **De hoc beatus gregorius.** sic dicit **Ille namque cordis sui oculum per elationis sue tenebras extinguit. quicumque cum recta agit considerare meliorem vitam negligit.** **Et contra magno humilitatis radio sua opera illustrat qui aliorum bona subtiliter pensat. quod dum ea que ipse fecerit facta foris et ab alijs respicit. eum qui de singularitate intus erumpe nititur tumorem superbie premit. magna quippe que agimus quasi minima ducimus cum hoc pro fortia exempla pensamus. sed tunc apud deum crescunt pro merito cum apud nosmet ipsos pro humilitate decrescunt.** **hxc gregorius.** **U**nde necesse est quod qui in virtute humilitatis proficere desiderat. ut exempla sanctorum virorum respiciat. atque in eorum operatione se pensans. se peccatorem esse deprehendat. **S**i enim plene intelligere appetit qualis est. talis nimirum deus considerari qualis non est ut ex bona et sancta conuersatione aliorum colligat quantum ipse a vita virtuosa atque perfecta distat. **I**ustorum ergo debemus respicere vitam ut subtile deprehendamus nostram. quod quidem facere electi non cessent. meliorem namque vitam considerant et idcirco se humiliant. et si quod prauiuitatis deprehendunt in perfecta consideratione

nem mutant. **I**sta tangit beatus greg. xxiij. moral. exponens illud. **R**espiciet hoies et dicet peccavi sic dicit. **N**ullus se peccatoze cognosceret. si iusticiam non haberet. **N**emo quippe fortitudinem suam nisi cum rectus esse ceperit deprehendit. nam qui omnino perversus est nec hoc potest videre quod est. qui vero peccatozes se intelligit. iam ex parte aliqua iustus esse incipit. atque id quod non iustus fecerat. ex eo quod est iustus accusat. quod accusatione sua deo inherere incipit. dum rectum contra se iudicium proferens hoc in se quod illi sentit displicere proemnat. **R**ecepta ergo iusticia sua. dicat homo iste peccavi. **E**t notandum quod dicitur vel promittere respiciet hoies. **E**t tunc inde subiungit et dicit peccavi. ideo enim non nulli peccasse se nesciunt. quod hoies non attendunt. nam si considerarent hoies citius cognoscerent. quantum peccando infra hoies cecidissent. **S**ed notandum quod hi solummodo vocantur hoies qui iusticie ratione suffulti sunt. et irrationabilia iumenta non habent hi. qui carnali delectationi deseruiunt. **R**ecte de quo liber perit dicitur. **R**espiciet hoies et dicet peccavi. ac si dicat sanctoꝝ viroꝝ exemplum respicit. atque eorum operatione se pensans iniquum se esse deprehendit. qui enim plenissime intelligere qualis est appetit. tales nimirum debet respicere. qualis non est ut ex bonorum forma metat. quantum ipse. deserto bono. deformis est. **E**x his quippe quibus plenissime bona assunt proferunt. que sibi minus sunt. atque in illorum pulcritudine conspicit fedtatem suam quam in ipso et per se perpeti et sentire non potest. **L**ucem namque debet respicere. qui vult de tenebris iudicare. ut in illa videat. quid de tenebris estimet. pro quas videre prope dicitur. **P**eccatoꝝ namque si incognita vita iustorum semetipsum respicit. peccatoze se nullatenus deprehendit. **V**ide

re enim se non potest. quod fulgore lucis nesciens cum seipsum respicit quid aliud quam tenebras attendit. **I**ustorum igitur respicere debemus vitam ut subtiliter deprehendamus nostram. illorum vero spiritus quasi que damus nobis forma imitanda promittere. **A**liqua lectio est sanctorum virorum et bonorum. **U**n non immerito biides iusti in facto eloquio libri nominantur. sicut scriptum est. **L**ibri aperti sunt et alius liber apertus est. qui est vite et iudicari sunt mortui. ex his que scripta erant in libris. **L**iber namque vite est ipsa visio aduentis iudicis. in quo quasi scriptum est omne mandatum quod quisquis eum viderit mox teste conscia. quicquid non fecerit intelligit. **L**ibri etiam aperti referunt. quod iustorum vita tunc respicit. in quibus mandata celestia opere impressa cernuntur. et iudicari sunt mortui ex his que scripta erant in libris. quia in ostensa vita iustorum quasi ex passione librorum legunt bonum. quod agere ipsi noluerunt. atque ex eorum que fecerunt bonum operatione damnantur. **N**e ergo unusquisque tunc videat eos. quod non fecit debeat quod quidem electi facere non cessent meliorum namque vitam confiderant et deteriores usus propter conversationes mutant. **E**lecti igitur vitam assequi summa valent inspecta odorifera et candida vita iustorum faciant. **J**am quidem videre deum fitiunt. iam de eius contemplatione faciarum caritatis estibus inardescunt. et quod in hac vita positi nec dum valent precedentium sanctorum vitam imitari. interim propter patrum exemplis paciscunt. tam diu quippe refici iustorum exempla indigemus. donec propter vite mortalitatis umbras eterno die aspirante transierimus. cum enim huius temporalitatis umbra transacta ac mortalitatis fuerit inclinata. quia ipsius diei internum lumem cernimus nequaquam iam ap

petimus ut ad amorem eius per aliorum
 exempla flagremus. nunc autem quod nec
 dum eum intueri possumus summope
 necesse est ut eorum qui eum perfecte secu-
 ti sunt aspectibus actionibus imitemur.
 Intueamur ergo quod pulchra est agilitas
 sequentium. et videamus quod turpis sit
 eberratio pigrorum. Gratim namque cum
 bene agentium gesta respicimus nosmet
 ipsos confusione inrima ulciscite indi-
 camus. mox verecundia mentem percus-
 tit. mox iuste seuiens reatus addicit et
 vellemeter hoc etiam displicet quod adhuc
 forsasse turpiter libet. **U**n bene ad eze-
 chielem dicitur: **F**ili hominis ostende domui is-
 rael templum ut confundantur ab iniquita-
 tibus suis et metiantur fabricam et erubescant
 er omnibus que fecerunt. **T**emplum quip-
 pe dei filius israel ad confusionem ostendi-
 tur quoniam uniuscuiusque iusti anima quam in-
 spirando deus inhabitat quanta sancti-
 tate fulgeat ad confusionem suam peccan-
 tibus demonstrat. ut in illa bonum quod
 negligunt videant. et in seipsis malum
 quod operantur erubescant. **M**etiri vero fa-
 bricam est pensare subtiliter vitam ius-
 torum. sed dum metimur fabricam necesse est
 ut ex cunctis que fecimus erubescamus
 quod bonorum vitam quanto subtilius pen-
 sando discutimus. tanto seuerius in no-
 bis omnia iniqua gesta reprobamus. **B**e-
 ne autem prophete dicitur ut ostendat templum
 quod enim iustorum rectitudinem peccatorum
 considerate dissimulat. saltem ad vocem
 predicantis agnoscat. **T**emplum quip-
 pe peccatori ostendere est sponte sua desi-
 terare. nolentibus opera rectorum narra-
 re. **Q**ui itaque sicut diximus perducit ad
 summa desiderant superest melioribus
 prescribunt intendunt. quatenus tanto di-
 strictius in se culpas diiudicent quan-
 to in illis alius quod ammirantur videtur.
Sed quid ista de peccantibus dicimus
 cum ipsos quoque operatores iusticie tam

ta puebi dispensatione videamus. **A**li-
 us namque habet donum scientie. et tamen ad-
 turam mire abstinentie non pringit. **A**li-
 us magne abstinentie virtutem attingit
 et tamen summa scientie premeditatione non
 dilatat. **A**lius spiritu prophete valde omnia
 futura prenoscere. sed tamen per curatio-
 nis gratiam non valet presentis molestie ma-
 la subleuare. **A**lius per curationis gra-
 tiam mala presentis molestie subleuat.
 sed tamen quia spiritum prophete non ha-
 bet quid sequatur ignorat. **A**lius indige-
 ribus multa iam propria largiri potest. sed
 iniuste agentibus obuiare libere non potest
Alius iniuste agentibus audacter pro deo
 obuiat. sed tamen indigentibus que habet tri-
 buere recusat. **A**lius iam se ab ocioso
 sermone restringens. lingue lasciuam
 supat. sed tamen adhuc insurgentes ire sti-
 mulos perfecte non calcit. **A**lius in sur-
 gentem iram edomat. sed tamen adhuc lin-
 gua ad leticiam relaxat. **Q**uid est hoc
 quod iste eo bono indiget quo alius pol-
 let. et ille cum multis polleat habunde.
 alijs bonum adesse considerat quod sibi deesse
 suspirat. nisi quod mira nobiscum dispensa-
 tione agit. ut per hoc quod alter habet et iste
 non habet. unus alteri melius ostendat
 quatenus tanto ardentius ad humili-
 tatem quisque proficiat. quanto ex bonis que
 non habet inferior se habentibus
 penset. sicque fit ut dum ille in isto. atque
 hic in illo respicit quod ammirat distincta
 bona eos et ab alitudine elationis
 reprimant et ad studium profectus accen-
 dant. magna namque sollicitudine ad
 curam nostre meliorationis attingimus
 quoniam id virtutis in alijs cernimus quod non
 habemus. **U**nde et ezechiel propheta cuius
 volentia animalia descripsisset. adiun-
 xit. et vocem alarum animalium percuti-
 entium alteram ad alteram. **Q**uid nam-
 que alas animalium nisi virtutes debemus
 sentire sanctorum. qui dum terrena despi-
 v. iij.

ciunt ad celestia volando subleuantur
 volantia itaq; aialia alis suis se vicis-
 sim feriunt. q; sanctor; mentes in eo q
 supna appetunt p;sideratis inuicem al-
 terius virtutib; excipiunt. excitantur.
 Alla em; sua me pcutit. qui ex eplo san-
 critatis pprie me ad melius accedit. r
 ala mea vicinũ aial ferio. si aliquĩ alte-
 ri opus bonũ qd imites ostendo Sed
 q; sanctor; vitam sanctificare ista aia
 lib; diximus. libet in ipso volatu aiali
 um oculos mentis attollere r quanta
 vicissim alarum p;usione se excitent
 subtili p;ideratione pensare. Paulus
 namq; cũ ceteror; sanctor; sollicitudi-
 nem in predicatione robustius labo-
 rando transcenderet. vt ab elatione se
 premeret. r vires suas in humilitatis
 gremio nutrebat. crudelitatis sue anti-
 que nõ immemor ap;stolor; oĩm inno-
 centiã p;emplatus ait. Ego em; sup mi-
 nimus ap;stolor; qui non sum dignus
 vocari ap;stolus. q; persecutus sum ec-
 clesiam dei. r tñ eorundem oĩm ap;sto-
 lozum primus quasi accepti principa-
 tus oblitus ac si minus idẽ aliquid fa-
 pere in paulo mirabatur sapientiam vi-
 dens Sicut r carissimus frater noster
 paulus fm datam sibi sapientiam scri-
 psit vobis. in quib; sunt quedã diffici-
 lia intellectu. Ecce paulus in ap;stolis
 miratur innocentiam. ecce ap;stolor; r
 princeps miratur in paulo sapientiam;
 Quid est hoc nisi q; sancti viri dũ vir-
 tutum p;ideratione vicissim sibi alios
 p;cedunt volantia aialia alarum p;-
 cussione se tangunt. vt eo ad volarum
 se altius excitent. quo humiliter alter
 in altero qd ammiratur videt. hinc itaq;
 colligendum est quanta debeamus
 sollicitudine meliorum vitam consi-
 cere qui in infimis iacemus si r hi qui
 iam tanta sanctitate sublimes sunt. vt
 humilitatis gressu ad maiora p;ficiant

adhuc querunt in alijs qd imitantes
 admittuntur. sed hoc reprobi nesciunt
 q; mentis oculum semper in infimis
 premunt. q; r si qñ in via commi veni-
 unt nõ ad melior; vestigia intuentia s;
 ad prauorum exempla vertunt. Neq;
 eorum p;iderat vitam. quib; se humi-
 liando p;cedunt sed quib; se superbi-
 endo p;ferant. Deteriores namq; re-
 spiciunt. quib; meliores se eẽ glori-
 entur Et idcirco p;ficere ad meliora nõ
 possunt quia hoc sibi sufficere estimant
 q; p;simos antecedunt O miseri viã
 corruptam p;unt r integrũ respiciunt
 per speciem quidem quasi ante se pedem
 p;ferunt. sed p; p;iderationem prauor;
 hoĩm post se oculos tendunt. recte vit-
 tute appetunt sed ad immundos totas
 regulam sumunt. Si em; semetipsos
 quales sunt cognoscere cupiunt non
 deteriorum p;picere sed melior; exem-
 pla debuerat. idcirco ergo peccatores
 se esse non intelligunt. q; hoĩes non at-
 tendunt. nam si hoĩes attenderent om-
 tum peccando distarent a bonis hoĩb;
 inuenirent. hęc grego. Studeamus ce-
 go p;e omnibus humiliari r humilita-
 ti insistere. si volumus ad perfectiones
 ceterarum virtutum p;uenire. qui em;
 virtutes sine humilitate p;regat. qua-
 si in ventum puluerẽ portat. Unde be-
 tus grego. Perijt omne qd agit si non
 sollicite in humilitate custodiat. qui
 em; virtutes sine humilitate cõgregat
 quasi puluerẽ in ventum portat oĩs nat;
 q; labor sine hũilitate vanitas est. Di-
 cit etiã de eodẽ effrem abbas Fili p;e
 omnib; humiliari stude quod est oĩm
 virtutum sublimis. vt ad perfectio-
 nis fastigium possis p;scendere. Cum
 te enim constitutiones non aliter nisi
 per humilitatem implentur r multos
 temporum labores per superbiam in-
 nihilũ reputabũt Vir hũilis est r oĩs

milis. et in templo pectoris sui gestat eum. Superbo autem cum sit deo odibilis est dyabolo similis. Humilis licet in bitu videatur vilissimus. gloriosus est tamen in virtutibus. superbo homo licet de cetero videatur in aspectu et clarus. sed inuicem eum manifestant opera ipsius et incessum et motus dinoscitur superbia et leuitas ipsius. cupit se splendari ab omnibus et virtutes quibus alienus est de se predicare. non se pariter cuius subiectum. semper cupit primatum. et ad maiorem gradum conatur se immergere quod ex meritis obtinere non potest. Humilis e contra ratio respuit omnem honorem terrenum. et volentem se esse iudicat cunctis hominibus. nam et si mediocriter in vultu appareat. eminens apud deum inuenitur. cum presumauerit omne mandatum nihil se fecisse testatur. et omnes virtutes anime sue celare festinat. sed diuulgat deus omnia opera eius et profert in medium mirificata gloria illius et exaltabit eum et clarum efficiet illum. et in tempore precum suarum quod postulat impetrabit. hinc effrem abbas

Sed et hoc sciendum quod sunt nonnulli qui humilitatis causa mentuntur. asserentes se esse peccatores ultra quam sunt. vel se hoc fecisse quod non commiserunt vel necessitate cogente virtutes habitas abscondendo. vel negando celare. quod peccatum est et satis reprehensibile est. teste beato augustinus qui dicit. Cum humilitatis causa mentiris si non eras peccator ante quam mentireris. mentiendo efficieris. unde non ita caueatur arrogantia ut veritas relinquatur. Et beatus gregorius. xxvj. moralium. idem sentit dicens. Incaute sunt huiles. qui se mendacio illaqueant dum arrogantiam vitant. imo mentiendo superbiunt qui contra veritatem se erigunt quam relinquunt. Qui enim necitate videntur bona de se loqui. tanto magis humilitati iun-

gitur. quanto et veritati sociatur. An paulus humilis non fuerit quam emulatione veritatis contra falsos apostolos tot de se discipulis fortia gestauit. qui mirum veritatis inimicus existeret si abscondendo proprias virtutes predicacione preualere permisisset. hinc gregorius. Notandum etiam quod malignus spiritus cum sibi humilitatem dominari prospexerit hominem talem de alijs facinoribus non cito temptare presumit. Unde hilarius. Cum hostis noster antiquus humilitatem sibi dñari conspiciat. de alijs virtutibus temptare hominem non presumit. hinc hilarius. Sunt etiam tres gradus humilitatis. Primus est quod homo hoc quod est. id est vilem. infirmum. inopem omnibus boni. vitiosus ac peccatorem fuisse vel adhuc esse et si quos alios defectus habet agnoscat et sciat. et non mentiat se sibi esse maiorem in quacumque dignitate aut statu sit. et non eleuet se supra se vel alios insolenter. nec vanas hominum laudes vel honores et si aliquando delectet aliquod istorum semetipsum redarguat. castiget. qui deceptus et in quo veritas non sit. Secundus gradus potest dici ut non solum seipsum agnoscens homo se spernat pro vilitate sua. sed etiam ab alijs si propter hominum suorum defectus spernat patienter hoc sustineat. imo quod veritatem amat etiam ab alijs desideret talis reputari. quales se reputat. videlicet vilem. vitiosum et ignobilem. et quale se nouit esse. Hores etiam sibi exhibitos non solum fastidiat sed etiam ipsos vilipendat. Iste autem gradus est altus satis. et rari sunt qui eum ascendunt etiam inter religiosos. Unde non est mirum si inopes sumus virtutum et gratiarum cum matrem et custodem virtutum humilitatem tam alienam a nobis sentiamus. Qui ergo cito desiderat culmen virtutis attingere studeat in humilitatis profundo solidari. quod sicut deus super

v. iij.

bis resistit eos deprimendo. ita humili
 libo dat grām magnis virtutibus attollē
 do. Tercius humilitatis gradus est quā
 etiā in magnis virtutibus et bonis ac ho
 noribus homo nihil extollit. nihil sibi
 ex hoc blandit sed totū illi attribuens
 et integrū restituens. a quo fuit oē bo
 num. talis fuit beate virginis humilitas.
 quā cū se electam sciret ut mater dei fie
 ret. ancillā eius se hūilem recognouit
 dicens. Respexit hūilitatē ancille sue
 Talis est hūilitas angelorum et sanctorum in
 gloria. qui cū sint pleni summo bono
 et summo honore sublimati nullū mor
 tum de hoc habent supbie sed sunt in se
 humiliores quo altiores in deo. ppter
 rea hęc est humilitas perfectorum. quā quā
 to maiores sunt tanto magis se humili
 lient in omnibus in sensu in affectu in verbo
 in actione in habitu. si enim humiliat et
 despicit se quasi nō habet vñ glorię.
 sed multa habet unde fundat licet bo
 na sit humilitas ista. sed tñ non est hu
 militas hęc miranda. Itē si pauperem
 se reputet pauper. et ab alijs vult pau
 per agnosci veritati consentit in istis sed
 non in admiratione talis hūilitas. Si
 vero diues pauperibus se conformet et altus
 nihil altū sapit et gloriosus nihil sibi
 de gloria attribuit Sed totū refundit
 in eū a quo hęc unde gloriosus videtur
 hic est humilis non cogēte necessitate
 sed veritatis caritate. Quā beatus bern.
 Non est magnū eē humilē in abiectio
 ne. magna p̄sus et rara virtus est hu
 militas honorata. hęc bern. **P**ro
 bandum etiā quod vera humilitas s̄m di
 ctū beati greg. est qua quis de se pra
 ua estimat et bona alterius sine invidia
 et liuore commendat. hęc greg. Hanc igitur
 nobilissimā virtutē et multū necessa
 riam ac fructuosam oī volenti perficere
 debet quilibet religiosus valde dilige
 re et se in illa cū summo studio exercet

re. quā ipsa humilitas est regina virtutis
 sancti spūs receptaculū et sancte trini
 tatis hospitium. De cuius commendatione
 beatus bern. sic dicit. Humilitas est regina
 virtutis. mors vitiorum nutritrix discipli
 ne. radix sciē. religionis vigor. virgini
 tatis decor. spūs sancti receptaculus
 trinitatis hospitium. hęc bern. Sed et
 hoc notandū quod sancti viri quanto ma
 gis proficiunt in virtutibus tanto minus
 se putant proficisse. quod gratia vicina so
 let in eis ad p̄servandā humilitatem
 operari. unde beatus greg. Sancti viri
 quo altius virtutum dignitate proficiunt
 eo subtilius indignos eē deprehendunt
 Dicit etiā beatus bern. Nimirum solet
 pietas p̄servande humilitatis gratia
 ordinare. ut quanto plus quis profici
 at. tanto minus se reputat proficisse. hęc
 bern. Quāntūcumq; erias quis in virtu
 tibus proficiat semper se debet humiliare
 et se peccatorem recognoscere. ne
 gratiā et virtutes a deo acceptas perdat.
 Unde beatus aug. Quicūq; hic vinit
 quantūlibet iuste vinit et illi si cū illo
 intraverit in iudiciū deus. noli ergo
 iudicio pretendere. da operā esse iustus
 et quantūcumq; fueris iustus confitere
 te peccatorem semper. spera m̄tam. hęc au
 gusti. Sic igitur patet de virtute humi
 litatis.

Filius

Habita in formatione de humilitate
 te. nūc que virtus sequat virtutem
 humilitatis de hoc cupio edoceri.

Ca. VI. Pater.

Debes scire quod
 de humilitate nascitur virtus
 patientie. hęc enim ordinat nos ad fru
 itionem summe pacis. nihil namq;
 pati molestie est pacem habere. quod
 fit duobus modis. scilicet aut nullam